



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)



verò à quibus fidelitas & honoris quaedam constantia proficiscitur, nunquam se segregent, etiam si eorum ex consuetudine paulò minorem, aut nullum fructum percipiāt, hoc solo contenti, quòd talium fidem, & magnanimitatem honorificam experiantur.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

*Ecce per infidam Vulpem ducitur Vrsus,*

*Ut rapiat dulci condita mella fauo.*

*Ipsè sed hospitij Vinculis religatus iniqui*

*Ingemit, Et captus Vincula sera & det.*

*Sic hodie tum mella legunt pleriq; sub anlis,* cc

*Mortiferam lingunt felis amaritiem.* cc



**C**um noctis irent tempora,

Et astra caelo spargerent.

Essetq; certus Reinike,

Quòd fissa membris languidus

Thor odedisset Russefeil,

Dulci-



90 DE ASTVT. VVLF.

Dulciq, somno corporis  
 Leuaret artu. debiles.  
 Fores sedante rustici,  
 Qui perco ebat strenuè  
 Artem fabri lignarij.  
 Quercus sacebat ardua  
 Nondum tamen securibus  
 Vbiq; fissa ferreis.

Rustefeil  
 faber li-  
 gnarius.

Cuneos adhuc aheneos  
 Fixos tenebat mordicus.  
 I. Ut ista vidit Reinike,  
 Hortatur vrsus taliter.  
 Bruno quid obstat amplius.  
 Accurre velox, & vola:  
 Plus mellis huius arboris

Sit modus  
 in rebus,  
 sint certi  
 denique fi-  
 nes, Quos  
 vltra citra-  
 que nequit  
 consistere  
 verum.

Fissura lata continet:  
 Quam fas sit vlli credere.  
 Tu mellis lambe dulcia,  
 Audacter imponens caput.  
 Sed plura ne voraueris,  
 Venter tuus quam digerat.  
 Edendo nam fastidium,  
 Et concitabis nauis eam,  
 Dolebit alius in super  
 Et sordide laxabitur,  
 Rumpetur aut voragine.  
 Respondet vrsus horridus,  
 Amice nunquid Reinike  
 Voraciorem neminem

Stultitia  
 gloriatio.

Brunone credis? qui modum  
 In rebus atq; singulis  
 Obseruo continentiã

Sic



Sic Vrsus indignissima  
 Se fraude passus decipi:  
 Rimas in altis arboris  
 Pedes priores inculit,  
 Auresq; mella Rustefeils  
 Fumante naso quaritans.  
 Tunc cogitabat Reinike,  
 Nunc Vrse mella Rustici  
 Gustabis impiissimi,  
 Cuneosq; fixos arbore  
 Pedum mouebat Viribus,  
 Et extraherat: Fortiter  
 Diffissa quercus clauditur,  
 Vrsusq; captum detinet,  
 In vinculis arctissimis.  
 Nihil iuuabant asperis  
 Cum inrgijs conuicia  
 Brunonis erga Reiniken,  
 Nec robur ingens corporis  
 Hunc liberare carcere  
 Valebat, aut custodia,  
 Tendeat is Virilibus  
 Propartibus perrumpere,  
 Quercusq; rimas scindere,  
 Et plorat alto murmure,  
 Strepens ad uncis Vnguibus,  
 Rauciq; voce gutturus:  
 Instare lethum cogitat,  
 Salutis Espe decidit.  
 Quod audiens in horreo,  
 Colonus audax Rustefeil,  
 Armatusq; securiger

II.  
 Stulta cre-  
 duli as, &  
 Vrsi securi-  
 tas.

Astutia Rei-  
 nikes.

Captus est  
 Labet.



§2 DE ASTVT. VVLP.

Ironia.

Accurrit, & rsum conspiciit.  
 Tunc hospitem mordacibus  
 Redens petit conuicijs  
 Versutus & rsum Reinike,  
 Bruno salutis immemor,  
 Ne dulcibus cibarijs,  
 Et melle te sic repleas:  
 Ne forte rumpas viscera:  
 Satisne melle dulcis  
 Videntur huius Ruste feils?  
 En appropinquat ocyus,  
 Fructum daturus optimum  
 Pro melle, pro conuiuio.  
 His lusit & rsum cum satis,  
 Et pluribus conuicijs  
 Acutus ille Reinike,  
 Aulum profectus ad suam  
 Sese dolosus occulit.

DVO HOC IN CAPITE NOBIS  
 notatissima esse debeant.

I.  
 Conuersa-  
 tio maloru  
 corrumpit  
 bonos mo-  
 res.

QVOD IIS, qui ex animi sententia viuere, & omnium periculorum expertes esse contendunt, cum malis nullum omnino commercium habendum sit, qui autem talibus sese addiderint socios, isti ignominie plerumque grauissimis afficiuntur, quod & Propheeta Dauid testatur, cum bonis, inquit, bonus eris, cum peruersis, peruerteris. Qui consortio prudentum & electorum utitur, sapiens & ele-



& electus euadit. Quare nisi cum bonis & fidelibus ineunda est societas.

Quod eum acutum & prouidū esse oporteat, qui fallacium & veteratorum astutias effugere velit. Quibus non dextrè intellectis, improuifis & repentinis periculis, facile homo insulfus inuoluitur, è quibus non absque dedecore, aut infamia emergere queat. Nam qui se obscuris genere, aut infimæ confociat multitudini, etiam si ipsemet in res malas aut pestiferas animum non intendat, tamen vix summa cum industria sine vitæ opprobrio euadere poterit. Cuius rei præter alia infinita exempla breuitatis causa omiffa, ab autore documentum per vrsi credulitatem dissolutam proponitur: vt intelligamus, neruos atq; artus esse sapientiæ, non temerè credere.

*Cum quib. habenda*

*sit consuetudo.*

II.

*Nimia fa-*

*miliaritas*

*vbique parit*

*contemptū*

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

*Captus ab Agricolis miserè tractatur iniquis  
Extremam plagis vrsus ad vsq; necem.  
Vixq; fugaceleris sibi consulit, atq; cruento  
Vulnere vicinas saucius intrat aquas.*

**V**T videt vrsus Rustefeil  
Non vincla posse rumpere:  
Mox conuocabat ebrios,  
Sed è taberna rusticos,  
Adeste, dicit ad meam  
Ligatus vrsus ianuam,

Rustefeil  
ebrios con-  
gregat ru-  
sticos.

D Abire